



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Libellvs De Angelo Cvstode R. P. Francisci Albertini Soc.  
Iesv Theologi**

**Albertini, Francesco**

**Coloniae Agrippinae, M.D.C.XIV**

Cap. 12. Angelum custodem neque post mortem hominem deserere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46785](#)

120 DE ANGELO  
CAPVT XII.

ANGELVM CVSTODEM  
*neq; post mortem hominem*  
*deserere.*

**N**ON terminatur assistentia  
benedicti custodis nostri in  
fine vite, sed comitatur nos donec in  
Paradiso altissime Majestatis oculis  
presentarit; hic enim est fructus cu-  
stodiæ illius, de quo non obscurè  
meminit Deus in Exodo subiectis  
*Exod. 23.* verbis: *Mittam Angelum meum qui  
præcedat te, & custodiat in via, in-  
troducat te in locum quem præpa-  
raui.* Vnde si contingat mori homi-  
nem in gratiâ Dei, posteaquam pro  
peccatis suis plenariè satisfecit, in-  
troducitur per eum anima illius nō  
absque indicibili applausu in para-  
disum, id quod luculenter exemplis  
tâm Sacrae Scripturæ quam in historia-  
rum Ecclesiæ probari potest. Anima  
*Luc. 16.* Lazari, ut in diuo Luca scribitur,  
portata fuit manibus Angelorum in  
sinum Abrahæ, is namq; loc⁹ sanctis  
animabus ante mortem & ascensio-  
nem

nem Redemptoris Christi deputabatur. Nunc autem ad cælum eas euehunt, & præsentant quasi fructū sollicitudinis suæ viuenti Deo. At- Sur. 6.  
que ad hoc propositum narrat Lau- April.  
rentius Surius, Animam B. Guiliel- Anima  
mi Abbatis visam fuisse à quodam B. Wil-  
ipsius discipulo Gomundo eleuari helmi  
per duos Angelos, quorum vnus si- Abbatis  
nistram ipsius, alter dexteram tue- portantur  
batur, ponè innumerabili diabolo- ab Ange-  
rum turba subsecente ac vocife- lis ad pe-  
rante: è quorum aliquot cū Gomun- radyj.  
dus percontaretur, quò tenderent,  
& quid negotij sibi cum Guilielmo  
transigendum proposuissent? Respon- De S.  
derunt, vt hominem in diuino iudicio accusemus. Sed propulsi à Paulor.  
Custode Angelo, dicto citius dispa- Eremit.  
ruerunt. Vedit & Sanctus Antonius V Baro.  
inter Chors Angelorum ad Cælum an 1521.  
ascendere animam B. Pauli primi E- S. Gr. in  
remitæ. Per eosdem vedit Sanct. Be- vita S.  
neditus in monte Cassino, animam Bened.  
S. Germani Episcopi Capuæ, ad cælū S. Germ.  
transferri; quin etiam multò ante Sur. 16.  
habitationem immortalitatis pro April.

F illa

## 122 DE ANGELO

illa per Angelos præparari; quemadmodum de S. Fulgentio scribit Surius, conspexisse eum portari per Angelos ad cœlum duos lectos superbissime adornatos, & voce magna quosdam è numero illorum exclamasse: In duobus hisce lectis requietescent magni duo viri Anselmus Archiepiscopus Cantariensis, & Agon, Abbas Cluniacensis, quos hodie merita sua ad Cœlum extollunt.

*De S. An-  
selm &  
Agone.*

*S.Th. in  
4.d. 21.  
q. 1.a.1.  
Sot. in 4.  
d. 41.  
In Viga-  
gr. c. 16.  
6. 4.  
S.Th. in  
4.d. 43.*

Si tandem accidat, aliquem decedere quidem in gratia, absque eo tamen quod poenas peccatis suis debitam plenè exoluerit, huius animam, ut Sanctus Thomas loquitur, deferunt Angeli ad Purgatorium, ibique, si Dominico Soto aliquisque Doctoribus fides est, crebris visitationibus dulcissimè consolantur. Enimvero si iuxta sententiam Divi Thomæ Dœmones assistunt in Purgatorio beatis animab⁹ non ut eas ipsi affligat, sed ut aspectu formæ torū illorū rabiē suam exaturent; an non etiam rationi consentaneum,

vi

vt ab altera parte ijsdem spectan-  
dos sese offerant Sancti Angeli, ac  
de cælestis coronæ certitudine gra-  
tulentur;

Nè quod autem eorum officium  
intermittatur, de iudicij sententia  
Sancti Thomæ, colligent cineres  
humanorum corporum vbi cunque  
terrarum dispersi fuerint. Neque  
hoc impossibile videatur, nā vt ini-  
tio libelli probatū est, Omnes crea-  
turæ corporales Angelorum impe-  
rio per motum localem subijciun-  
tur.

Postremo tempore uniuersa-  
lis resurrectionis separabunt iu-  
stos ab impijs, Exibunt Angeli, in-  
quit Euanglista, & separabunt  
impios de medio iustorum. Valde  
autem probabile est facturos hæc  
Angelos Custodes, vt vltimo isto  
actu officium quod hactenus exer-  
cuerunt, circa personas sibi com-  
mendatas concludant.

Ex quibus ò Anima Christiana  
conijce, quot nominib' tenearis be-  
nedicto huic Angelo gratias referre

F 2 qui

*In 4 diff.  
21. q. I.*

*Matt. 13.*

24 DE ANGELO

qui nunquam excubare destitit pro  
salute tuâ, & qua ratione Propheta  
*Sal. 90.* loquitur, non tantū duxit ac direxit  
te, virum etiam portauit in manibus  
suis, vt nè in cælesti itinere in lapi-  
dem desperationis impingeret.

CAPVT. XIII.

ANGELVS CVSTOS DE-  
scendit de cælo, & nobiscum, vt solli-  
citudinem suam demonstret,  
versatur in terra.

**T**AMET SI Angelus per poté-  
tiam ac scientiam, quib⁹ pol-  
let, defendere & custodire posset  
hominem, cōstitutus etiam in Cælo  
Empyreo: nihilominus vt amor &  
sollicitudo ipsius circa nos tanto  
manifestius ostendatur, Cælum Em-  
pyreum, locum inquam amoenissi-  
mum, & Paradysum incessabilium  
deliciarū deserit; ad quem quoties-  
cunque redit, vt pfecto creberrimè,  
redit, vt preces tuas Deo & glorio-  
sissimæ illius Matri præsentet: Inte-  
rim oculos non deflectit à personā

tu